



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Tyronibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96119](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96119)

se vel pro animalibus ab hospite querent vel exigent, siue hospites inuitus siue volens det, et in hospitio inuitis domibus domorum residentiam non facient, contra faciens puniuntur, h. d. In ter. ibi, vltionis, et no. quod pro defendenda possessione sua licitum est vicisci, et talis vltio non est proprie vltio, sed defensio, vt dicit gl. quod no. ad q. de eo qui dicit in iudicio ad sui defensionem Titium viciscendo percussisse. Nam istud verbum vltionis, non sumitur hic pro offensa, sed potius pro defensione. In ter. ibi, qui piumum. Et not. hic ter. expresse, quod si aliquis vult me expellere de possessione mea, quod amici mei, et vicini mei possunt percutere volentem me expellere, ne me expellat, quod est valde notandum.

ADDITIO.

He me expellat. Adde Floz. in l. scientiam, §. qui cum aliter, ad l. Aquil. et Bal. in l. vt vim, ff. de iust. et iur. et Andr. de Jher. in titul. de mil. va. qui contumax est, vbi tenet idem pro recuperatione, et adde eum etiam in titul. de pac. iurament. firmam in §. conuenticula.

LEX I X.

Dynes Hospitantes milites in domibus hospitacionum eorum nullam aliam discussio nem vel penam debent subire. Item nullus debet intrare vt a munere hospitandi milites sit immunus, ne vicini domus grauentur, contra facientes puniuntur, et carebunt immunitatis, hoc dicit.

LEX X.

Ac lege Quida in hac lege nominati dum des, filij, parentes, nepotes, fratres, sorores, vxores eorum tres domos propter molestiam recipiendi milites habent immunes quidam duas, quidam vnam tantum, quidam dimidiam tantum, h. d. Et no. de angiportu, de quo §. eo. l. §.

LEX X I.

Decem Tribuni primiceriorum decem immunitatis habent ab hospite recipiendo in domibus, quas tenent in vrb. Constantinopolitana, h. d.

De commeatu. Rubr. XLIII.

LEX I.

E cui Tempore expeditionis nullus militibus commeatum dare potest, contrafaciens capite puniuntur, hoc dicit.

LEX II.

Uicunque Quide scripsit, aut agentibus in rebus, aut etiam palatinis, vt comitibus sacrarum, et priuatarum remuneratione obsecundat, si vltra tempus commeatus concessum per sex menses absens fuerit, item qui proprio arbitrio commeatum non accepit, et qui per quadriennium delicta officio non seruauerit, aut vltra quadriennium steterit, pena hic inserta puniuntur, hoc dicit.

LEX III.

Iquis Quis sine commeatu anno, biennio, triennio, vel quadrienn. vacauerit, modo hic scripto puniuntur, hoc dicit.

De tyronibus. Rubr. XLIIII.

LEX I.

Scholaris qui non fiat firmus dicitur vagus, et an gaudeat privilegio scholarium.

Vagabundus quis dicatur.

Allus In ter. ibi, vagus, no. ex isto ter. coniuncta §. si l. ij. §. ab esse, ff. de dam. infect. quodam tamen glof. licet male dicat, dicit qd ille dicitur vagabundus, qui non habet proprium domicilium, vt l. eius, §. Lelius, ff. ad mun. Nam secundum hoc semper esset necesse quod eius ciuitas aratrum pareretur, quod tamen est fallum, vt hic vides.

ADDITIONES.

In loco, Quis dicatur vagabundus, vide glof. fina, in l. heres absens, §. proinde, ff. de iudi, vbi per Aug.

ALEX. Et hic habes qd sit vagabundus, de quo p Bartol. in l. ij. §. pter ar. de dam. infect. in l. ad cognitionem, et ibi dicit, ex quib. cau. in pos. ea. et Bartol. in l. §. de colonis, et hiacensis, In ver. et sic est arg. in quantum Bartol. vult quod scholaris vagus gaudeat privilegio scholarium. Adde gl. in proe. l. in §. si commorantibus, quod licet scholaris parum studeat, tamen gaudeat privilegio scholarium et do. Ant. in proe. Decretalium sequitur si honeste viuat. Ego tamen puto quod scholaris vagus, et non studens, non gaudet privilegio, per gl. hic, et per gl. de studijs libe ralius vrbis Rome in l. i. et gl. in c. odij, et c. gressu. et ibi inuuit contra scholares euntes ad ecclesias visuri mulieres, glo. in c. qui, in verbo, quod nam, de peni. dist. i. et gl. in l. cum ea. §. de transac. Facit quod per Fulg. in l. qui sub precepto §. de sac. san. eccle. gl. in l. §. de studijs lib. vrb. Rome, et ideo enumerati in dictis glof. non debent gaudere privilegio, per no. per Bar. in proe. Dige storum vbi dicit quod licet quis sit descriptus in mercatorum ma rricula, non tamen dicitur mercator, nisi illum actum exerceat, ita in scholari. Facit quod dicit Francisc. Tig. de pns. in l. semper, §. de elect. in vj. §. gl. et ter. in anth. Habita §. ne filius pro pat. pro hoc l. semper, §. negotiatores, et l. ne quidam, §. de testam. milita, et l. diuus Traianus, et lex ca. i. §. de tit. vbi miles gaudet privilegio si exerceat militia, facit l. scriuarios, de testam. milita. Facit text. in l. si duas, §. maxime, §. si, non aliter, de exco. l. i. turo. Et hoc sequitur contra Bartol. quod vagus, et non studens, non gaudet privilegio. Sed potest saluari quod loquitur si inhoneste viuat, secus si honeste, licet parum studeat. Quid de doctore ignaro, et non studete, vide Bar. in l. §. de profes. et medi. et ibi scripsi. Et quid si scholaris exerceat artem, vel officium, an gaudeat privilegio. Sic quod sic, si principatiter veniat ad studium causa studij, Lyon verum, ex quib. cau. maio. et Francisc. Tigri. in d. §. quibusdam. Quid de non intrante, sed studente in domo. Andr. de Jher. in auth. habita, alle. Hierony. dicentem ingenium docile, finem a gistro laudabile esse, licet Bal. in d. auth. in distincte dixerit, si bo larem practicanem non gaudere privilegio.

LEX III.

Yrones. No. contra iuuenes doct. qui vult esse florem locum obtinere, et omnibus an sere, quoniam non possunt, quia tantum illis doctoribus conceduntur, quibus laborum assiduitas, et stipendiorum pios litas suffragatur.

De littorum, et itinerum custodia. Rub. XLV.

LEX VNICA.

Aluberrima In ter. naucleri de pos nar. No. hanc l. et po tentibus frumentum, et aliud bladum, quando tunc accusari de concussione, vt semper vadant coram officiali eodis, et notificent ei ad quem locum portare velint, nam hoc facto non timebunt de aliqua concussione, que contra eos fieri possit.

De desertoribus, et occultatoribus. Rub. XLVI.

LEX I.

Iquis Receptiens scilicet desertorem in agro vel in domo, si est actor, vel procurator, capitaliter puniuntur, si est dominus, vel predium confiscabitur, si ipse est. Item desertores sunt, qui tempore belli absentauerunt se a signis, Item qui semetipsum prodiderit veniam meretur, puniunt vero desertores pena mortis vltis, qua si iudex dissimulat vel grana dastat uiderit, ipse puniuntur, h. d. In ter. ibi, si sciens, prudens.



Et No. pro receptantibus rebelles, qz ita demum si sciunt ipse esse rebelles, conuictos, quod no. ff. de recep. l. i. et vide quod dixi §. de fab. l. si. In ter. ibi, vel procurator, No. ad qdne et statutum et qd si in aliqua domo fuit ludus retentus, qd debet deaflari, vel si in aliqua domo esset ordinata proditio contra eod qd debet deaflari, domus qd si actor vel procurator retinuerit ludum in ea, vel proditio ordinatur, qd no. uasitator bonus, sed procurator puniuntur, tunc em ad deuasatione proceditur, cum homines domus scelera comiserit, vt hic, qd facit ad no. §. de fal. mon. l. prima. Et ultimo no. ex si legis magna pena contra officiales qui penas legib vel statutus impositas gra vel dissimulatione imponere differunt de quo hic in gl. vl. Et sic facit §. capitaneos Perusini, qui malefactores dissimulat, vt puniuntur, ad qd facit qd §. dixi.

ADDITIONES.

Rebelles. An et qui receptorum teneatur, vide domi. Soci. in confi. c. rj. incip. in ca. Mart. Petr. verfi. preterea, si. Adde istum in Lomes, numero secundo, et quod ibi posui in apostil. ad ipsam.